

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni
omni fratre **I**ustus ap̄t̄ est. **D**e patre q̄ sum
Misericordia participacio temp̄ domini st.
qm̄ vnuus p̄ens et vnuus coruus multū sum
omnes qui ex me p̄epanez a me aliis p̄ante
pari. **E**p̄ate q̄s̄ s̄t̄d̄n sum. **V**nde q̄
ad̄ hostias particeps si adiuncti. **H**oc dico
dico. q̄ uolē p̄mōlāti p̄ter auct̄ q̄ p̄
p̄dit̄ sit aliquid. **E**t q̄ vnuus aḡt̄ tener
denominis p̄vredicant̄. **T**unc ab iudeo auer
nos sc̄ue fieri demoniorū. **H**omopotes nūc
domini biliae. **T**unc amonitio. **R**ec̄ re
fusis mensē domini particeps. **I**ste. **V**erū
demoniz. **S**in simulacrum domini. **V**erū
fictioes illius. **D**omini m̄lagent. **S**olus
omniā exp̄uluit. **O**mnia vniuersitate oculis
tant. **E**mo q̄ sūm̄ q̄t̄ quem. **F**iḡo alia a
dome q̄ in uinculis erat mandante. in
hi int̄rogates ppter conscientie. **Z**as sunt et
tema. **P**lerumq; eius. **D**omine qui eras vnu
infideli. qd̄ son̄ et nult̄. **C**ontra qd̄ rebis

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO
Institutionum Anatomicarum III.
**DE PARTIBUS INFIMI VENTRIS CONTINENTI-
bus communibus & proprijs,**

Quam

D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHII,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

In celeberrima Witebergenstium Academias
defendendam suscipiet

Georgius Hezmanfeder

Ratisbonensis.

Ad diem 30. Maij, horis & loco notis.

(S): (S)

VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno cI9 I9 CVII.

DISPUTATIO

DE PARTIBUS IN

TRIADIS CONSTITUENTI

Quintus

DOMINA

SUPERPARTIDA

TOMVS. V. ANOBROCH

CANTABRICA. 17

Hannoverae

1750.

Ex officina

Thom. Schmid.

1750.

D. O. M. A.

Supradisputatione primâ totum corpus humanum in ventres tres & artus divisimus: nunc Anatomicorum more ab infimo Venenarum nutritionis & generationis partes continentur, ncheabimus; & quidem hanc ob rationem, quia excrementa prima & secunda coctionis hujus ventris (qui sentina omnia illuviae & impuritatis) brevi putrescent & deterriunt expirant odorem, ut non solum experientia verum etiam Gal. l. de ad anat. c. 8. testatur.

CAP. I.

De Infimo ventre.

Est autem Infimus venter totum id, quod cartilagine Ensiformi utrinque costis & osibus pubis circumscribitur Arist. I. de hist. an. c. 13.

1. Hic venter Græci yesiq, ab Homero Odys. 1. vndos, δόντο τε νήσου τε σωρές, quod in eum cibaria congerantur, ut inquit Bauh. lib. 1. c. 1. Alias dicitur, & quidem impropriè θηρασίας quor, ab θηρι. i. circum, & yesiq, quasi circum ventrem Latinus Abdomen, sive tegumentum, ab abdendo, quod abdat & abscondat, & integrando tueatur viscera, nutritioni, & procreationi destinata: vocatur abdomen interdum etiam Sumen, quasi Suis abdomen: vel, ut alijs placet, umen, à minimi, quas Antiqui rumas appellabant.

2. Hoc tegumentum sive totum Abdomen, carnosum est, quod extende & amplificari, sive dilatari ob alimentorum assumptionem, satius g stationem, & excrementorum exclusionem, possit.

Gal. 7. de us. part. c. 21. Arist. 7. de part. an. c. 9. 4. de part. an. c. 10. Archang. leet. 4. Bauh. lib. 1.

3. Dividitur hic venter in anteriorem & posteriorem partem. Anterior pars vocatur Διηγέσιον, sive Abdomen, ut modo dicitur; Arabibus Mirach: & dividitur rursus a Galeno. com. 2, aph. 35. in tria; scilicet οὐράνδια; τὸ τοῦ νεφάλου, καὶ τὸ ἡρόν: vel ut Bauhino placet, in partem sev regionem superiorem, medium, & inferiorem.

4. Superior pars, que Laurentio lib. 6. c. 2. Epigastrica est, cartilaginem ensiformem, & costarum fines occupat, & habet etiam tres partes, duo hypochondria, que, & quidem propriè ita nominantur, quia multiplex hypochondrius apud Hipp. significatio est; nunc conuendoximus, pro toto Abdomine, ut 4. aph. 73, nunc mesenterium, ut 6. Epid. aliquando εὐλογματικόν, ut 13. Epid. sect. 1. hist. 2.) scilicet dextrum, quod Hepatis; & sinistrum, quod Liveris, sed paulo superiorius, regionem, circa costas nothas occupat: & medianam partem, que est circa scrofulum cordis umb die Herzgruben, & propriè Παραστροφή nominatur, cum ei ventriculus subjaceat. Bauh. d. 1.

5. Media Regio Abdominis circa umbilicum (Laurentio umbilicalis dicitur) sive centrum totius corporis, cui totum serè intestinum jejunum subjacet, dividitur etiā in tres partes, in Medianam, Sinistram, & Dextram. Media umbilicalis, seu radix ventris dicitur: Dextra & sinistrae partes lumbares dicuntur, ubi sedes libidinis, in dextro, renis dextri, in sinistro sinistri locus conspicitur.

6. Tertia sev inferior pars sub umbilico incipit, & descendit usq; ad inguina: Laurentio hypogastrica vocatur lib. 2. cap. 1. de corporis humani partibus: quibusdam imus venter; Hippoc. ἡρόν nominat 2. aph. 35: alij Sumen, ut supradictum. Hac pars in mas-

masculino corpore parva est, idcirco parvus venter dicitur; in sa-
mineo verò plerunque major fortassis ob fatus gestationem. Regio
hec in tres rursus subdividitur partes, in duas laterales, & me-
diam: illæ ad pilorum usque exortum descendunt, & Celsi lib. 4.
cap. 1. Illæ, forte quod Ileon intestinum continant, dicuntur:
Media, ad pudenda usque extendit, ubi pubertatis signa elu-
cent, & propriè hypogastrium dicitur. Sub hâ Regione continen-
tur Ileon, & Rectum intestina, vas spermatica, vesica urinaria,
& uterus in feminis, &c.

7. Posterior pars infimi ventris, que incipit, ubi costæ desi-
nunt, & ad ossis coccygis finem descendit, dividitur in partem su-
periorem & inferiorem. Superior Vena dicitur, & continet lum-
bos, ubi Renis dextri & sinistri situs: Inferior habet medium dex-
tram & sinistram partes, ubi natum situs.

Tantum de externis Abdominis partibus.

8. Præterea constituant infimum ventrem partes duplices, ni-

mirum continentes & contentæ. Continentes rursus dupli-

cies sunt: aliæ toti corpori communes; aliæ propriæ: Illæ Cu-

ticula, Cutis, Panniculus carnosus: ha decem Musculi Abdominis

& Peritonæum sunt. De quibus nunc agemus.

C A P. II. De Cuticula.

Cuticula est tenuissima Cutis efflorescentia.
Gal. 3. Meth. Med. cap. 5. Ceparum pelliculis tenuio-
ribus similis, insensibilis. Gal. 3. & 14. Meth. Med. & ex-
anguis, è cutis excremento crassiore pronata ut va-
lorum oscula contegat, ne sanguis è venarum ori-
ficijs profluat. Paræ. lib. 3. cap. 3.

1. Cuticula Græcis ~~Italiquis~~ est extima & tenuissima cuticula, quæ medicamentis appropriatis nitida fieri solet: hinc cuticulam dicuntur curare, qui frictionibus & unguento frequenter illinuntur, quibus illa nitescit; unde nitidus pro homine urbano, delicato & otioso sumitur, cui opponitur Rusticus, ut apud Horatius in epist.

— — — è nitido fit-Rusticus.

Item:

Me pinguem & nitidū bene curatà cute vīses,
Cum ridere voles Epicuri de grege Porcum.

Item:

In cute curandà plus & quo operata Iuventus.

2. Cuticula materiam, quod attinet, de hisc varie sunt opiniones. Non enim semen, nec sanguinem sed excrementum crassius esse cum Archangelo & Laurentio d. l. afferimus. Quia enim, quod in Corpore reperiatur, est vel ex semine vel sanguine, vel ab excrementis procreatū; at ex semine Cuticula non est, quia semel remota, renascitur, quæ nullius spermatica partis natura est; hinc pars à quā detrahitur luculentior & amabilior redditur, ut Tibullus i. Eleg. 8. canit.

Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos,
Et faciem demit à pelle referre novam.

Neg extanguine, quia infensilis & exanguis est. Ergo ab excrementis, & quidem tertia coctionis generabitur. Si igitur ab excrementis, non erit pars: nulla enim pars ab excrementis (protinus illa nunc consideramus) originem habet. 2. Omnis pars non caret a dione publicâ vel privatâ: Cuticula verò caret his. Ergo non erit pars. Hinc differit etiam à verâ cute, quia ex semine

ne sit; cuticula ab excrementis ortum trahit. 3. Cutis vera sanguine nutritur, sed cuticula per additamentum crescit. 4. Cutis veresentit: cuticula omni sensu caret.

3. Verum licet cuticula non sit pars, & actione careat, tamen usu non privatur, quia natura nihil frustra facit, sed quicquid facit, propter finem facit. Est igitur usus hujus 1. ut sit propugnaculum extimum omnium partium internarum & externarum totius corporis. 2. ut sit sensus tactus medium, quia Aristot. 2. de An. t. 14. ait: omnia, que sentimus, per medium sentimus. 3. ut calorem internum aliquomodo foreat. 4. ut capillorum vasorum oscula contegat, ne sanguis vel humor aliquis exudet.

C A P. III. De vera Cute.

Cutis est membrana amplissima & crassissima, ex seminis & sanguinis permissione genita. Gal. lib. de temp. cult. 3. M. M. c. 5. temperiem moderatam obtinens, externi tactus verum organum, & subjectarum partium tegumentum & ornamentum. Gal. 2. de us. part. c. 6. Laurent. d. l.

1. Cutis Græcis $\delta\epsilon\gamma\alpha$ quasi $\delta\epsilon\gamma\alpha\sigma$ à $\delta\epsilon\gamma\omega\delta\gamma$, quod omni serè ex parte excoriari queat: Hippocrates lib. de arte $\delta\epsilon\gamma\omega$ vocat; lib. de insomnijs $\chi\epsilon\mu\alpha$: Homero $\alpha\dot{\iota}\delta\epsilon\omega\tau\alpha\eta\pi$ dicitur: Herodoto $\alpha\dot{\iota}\delta\epsilon\eta\pi\eta$; alijs $\delta\epsilon\gamma\eta\pi\eta$; quibusdam $\delta\epsilon\gamma\pi\pi$. Latini Cutem, Corium, alutam, pellem vocant, licet posteriora hac Quadrupedibus magis convenient: Arist. de hæc egit 3. hist. an. 11. & 5. de Gen. an. cap. 3. Galen. 2. de usu. part. cap. 6. & 11. eiusdem cap. 15.

z. Sub-

2. Substantiam Cutis quod attinet, de hac inter Anatomicos variae sunt sententiae. Hippoc. lib. de carnib. membranam esse assert: Vesalius putat, Cutem quoddam medium esse inter nervum & carnem muscularum, i. e. ex utriusq. mixtis compositam: Columbus lib. 3. cap. 1. ait, Cutem ex vasorum extremis dilatatis gigni. Varolus à nervis tenuissimis in superficie corporis expansis originem habere existimat, fortasse quod à carne absque dolore avelli non possit. Archangelus lect. 5. ex semine fieri ait: huic sententiae subscribit Ioubertus. Plato ex genere carnis esse assert, quam sententiam Aristoteles defendit, & cutem carnis portionem exsiccatam, veluti exustam esse creditid. Rondeletius ligamentosam esse statuit.

3. Nos dicimus cum Laurentio d. 1. Cutem habere medium naturam inter nervum & carnem. Nam non planè exanguis est ut nervus, nec etiam omnino sanguine abundat, ut caro; sed est quasi nervus sanguine praeditus, ut Hipp. et iam de carnib. membranam esse arbitratur. At in hujus constitutione pars spermatica sanguinem superat, sicuti color indicat; ejus quoque nomine tantum per medium Cicatricem coalescit, ut volunt Laurentius, & Bauhinus d. l. & Hermannus Neuvvaldt: Gal. M. M. 3.

4. Est & Cutis humana satis crassa munimenti gratia, tenuior tamen, quam in alijs animalibus. Sicut etiam pro ratione partium, vel mollior, ravior vel durior (Aristot. 5. de generat. anim. cap. 3.) Mollior quidem in facie, pudendo & scroto; durior in cervice, dorso, cruribus & plantis pedum: Quodam medium obtinet naturam, ut in digitorum, apicibus, & temperata est, quia tactus instrumentum omnis excessus debet esse expers, ut Galen. 1. simpl. Med. cap. 4. docet.

5. Cutis præterea habet foramina duplicita, quorum alia sunt conspicua, alia oculorum aciem effugiunt: illa sunt finita, immittendi in corpus, aut emittendi aliquid gratia facta ut in oculis, auribus, naribus, ore, papillis mammarum, umbilico & pudendum:

dis: Infinita foramina sunt peri Cutis exigui, & occulti meatus, fuliginosis & scrosis tertia coctionis excrementis exitum prebentes, ex quibus pilis ad corporis commodum enascuntur. Aristot. 3. hist. an. c. 1. 5. de gene. anim. c. 3.

6. Adhac Cutis predita est 1. venis cutaneis sex, que vario modo diffeminantur; duas à jugularibus; duas ab axillaribus; & denique duas ab inguibus habet, ut nutritur. 2. Arterias ab inguibus ut vivat. 3. Nervos, in primis duos magnos circa papillas, ut sentiat. Gal. 16. de usi part. cap. 2. l. de sem. cap. 5. 4. Meth. Med. 16. 2. de usi part. c. 9. 4. ejusdem. c. 12.

7. Usus Cutis est, 1. ut sit Corpus commune regumentum & in se vestit. Gal. 14. M. M. c. 2. 3. ad. anat. c. 1. Hippoc. de carnib. à calore & nimio frigo e corpus defendat. & calor nimirum affluxum cohibeat. Gal. 8. de usi part. c. 1. 2. ut sit tactus instrumentum. De hoc varia sunt Authorum, discrepantes sententie. Arist. enim 2. de Anim. c. 11. Carnem medium tactus facit; instrumentum vero esse quiddam intus in corpore abditum, quod potestate tale sit, quale actus sit tangibile, sed tamen quid sit, non exprimit. Thomas & A vetroës nervum tactus instrumentum esse voluerunt: Avicenna pinguedinem: Archangelus Cutem: Varolus Cuticulam pro medio tactus agnoscit: Laurentius Cuticulam pro medio, Cutem pro organo habet.

8. Nos cum Galeno & Laurentio medium tactus Cuticulam; Cutem verò instrumentum illius sensus defendimus: 1. quia temperatissima, & omnis excessus expers, sicuti etiam Aristot. ait 2. de Anim. Omne autem organum debet esse animal: 2. Quia multorum nervorum propagines in Cutem diffeminantur. 3. quia rei tangibili primo occurrit, hinc eorum, quae nascitur aut profutura sunt, statim nos admonet.

De accidentibus Cutis.

1. Situm cutis quod attinet, quia per se satis notus, nullum indigere

B

digere

digere abeiori explicatione censemus.

2. Quantum igitur ad figuram Cutis, peculiarem per se habet nullam, sed eam à subjectis partibus, ut ait Laurentius, mutatur; nunc equalis, nunc inaequalis; hic prominens & exuberans, aliquando rugosa, quandoq; levis, &c.

3. Magnitudo pro cuiusque corporis constitutione est notissima.

4. Est ex pilis referta, de quibus infra in Questionibus agetur.

5. Licet autem Cutis naturaliter alba sit, tamen proratione humorum abundantium, ut Hipp. lib. i. &c. vult, variat. Et sanguinis rubra est, praeterea in facie; in biliosis pallida; in Melancholicis nigrafusca; in Phlegmaticis alba.

6. Temperamentum illius est temperatum.

C A P. IV. De Pinguedine.

Pinguedo est languis benè coctus, qui in nutrimentum corporis non convertitur, sed è vasis descendit, & membranis calore mediocri præditis assutus, coit, ut partium calorem conserveret, & has in calu nec essicari nec tueretur. Gal. 2. de temp. Arist. 3. hist. Animal.

1. Pinguedo Grecis ομηδα (ut Grati vult) nunc οιδη, nunc ητος dicitur: Hoc autem, inquit Galenus, non differunt specie & essentiâ, sed solum secundum magis & minus. Pinguedo enim sive mellior & humidior celeriter calore liqueficit. Galen. 2. de facult. anim. c. 11. Arist. 3. hist. Anim. cap. 17; nec faciliter rursus concrescit, & haec in cornigeris inventi ur: etiam vero vel Adeps crassior

*craffior & seccior, non statim liquefit, sed facile coagulatur, h.e.c
in porci inveniuntur, & dicitur axungia, vel lardum.*

2. Substantia Pinguedinis est oleagineola, ex sanguinis por-
tione aere & vaporosâ pronata, que per vasorum oscula exudat,
& circum membranas concrescit, quibusdamque membranis, ner-
vosis fibris, venis & arterijs intertexta.. Galen. lib. 2. de temp.
& 2. de distinct. Feb. cap. 12. Aristoteles 3. de histor. animal.
cap. 1. & 9.

3. Causam efficiuntem pinguedinum, quod attinet; de hac
varie sunt sententiae. Aristotel. 2. de part. animal. cap. 5. & 13.
de part. Anim. cap. 9. Sunti & Veiga, Argenterius, Ioubertus
calorem defendunt. Galen. 1. de temper. cap. II. & 2. de
temper. cap. 3. Vesalius, Fallopius frigus esse afferunt. Arch-
angelus & Laurentius Pinguedinem neque à calore summo, neq;
à frigore membranarum procreari: sed à calore mediocri,
qualem calorē sine dubio Galen. Vesal. & Fallopius intellexe-
runt, quia sepiissimè apud autores calor mediocris pro frigore
sumitur. Manet igitur ratum & firmum Pinguedinem à calore
mediocri, & non à frigore membranarum simpliciter produci, ut
nonnulli volunt; quia nonnullæ Corporis humani partes à frigore
frigida, sed omnes vel summè vel mediocriter calida sunt. Plura
de hacre Aristoteles lib. 3. de gen. animal. cap. 5. 6. & 9. Galen.
lib. 2. de temper. Ioubertus, Archangelus & Laurentius
d. l. habent.

4. Usus Pinguedinis est: 1. partes tueri. 2. vasis que ad cu-
tem feruntur subterri. 3. Calorem natum sovere & conserva-
re. Galen. lib. 5. de simpl. med. facult. & 4. de usu. part.
cap. 11. 4. Necesse urgente, ut in medij in alimento con-
verri.

De Accidentibus Pin- guedinis.

B 2

1 Situm

1. Situm quod attinet: Pinguedo plerunque ultramq. Panniculus ~~sedem~~ occupat; major tamen pars intra cutem veram, & panniculum invenitur.

2. Figura, Magnitudo & alias sat is nota.

3. Pinguedo est alba ratione illius membranae, cui adhaesit: ab hac enim candorem contrahit. Nam omnia, que in corporibus mutantur seu alterantur, fortiuscuntur naturam mutantis, & sit assimilatio ad partem corporis, in qua sit alteratio; juxta illud; alteratum trahit naturam alterantis: Ita ex sanguine menstruo efficitur lac in uberibus, quia caro mammilarum est alba: sanguis elaboratur rubicundus, quia caro Epatis est rubicunda.

C A P. V.

De Panniculo carnoso,

Panniculus carnosus est membrana (Gal. 1. & 3. Adm. An. cap. 2. & 5. adm. An. cap. 7. Baubinus lib. I. cap. 5.) ex semine pronata, Cuti & Pinguedine subjecta, universum corpus ambiens, qua Cuti niederantibus vasis; membranæ vero subjectæ per fibras tenuiores inhæret.

1. Hic Panniculus varia habet nomina; nunc Panniculus carnosus, nunc nervosus vocatur. Laurentio lib. 6. cap. 6. in brutis carnosus, in homine nervosus est; & in illis cuti tenaciter; in homine tantum per villos sive fibras quasdam adhaeret. Galen. 3. ad. anat. c. 2. hinc Cutis hominis immobilis est; brutorum mobilis, cuius motu muscas abigere solent, sicuti etiam de Elephanto tradunt; ipsum Cutis corrugatione muscas interficere. & Equū huius panniculi motu minus exercitatos Equites dejicere posse. Curtius & alij negant Galenum hunc Panniculum agnoscere;

sed

sed contrarium facile probari potest, ex ipso Galene 3. Ad. Anat. c. 2. & 5. ejusdem c. 7, ubi hunc panniculum membranam Cuti continuam vocat.

2. Usus hujus est totum corpus ambire; vasa ad cutem abe-
nitia & venas, nervos, & arterias defendere & fulcire: item
Cutis cum lesa, consolidationem adjuvare.

De Accidentibus Pan- niculi.

1. Situm quod attinet, hac membrana in homine Pinguedi-
ni pronata; at in simis, canibus, ovibus cui proxime subjacet, ut
Bauhinus lib. 1. cap. 5. docet.

2. Magnitudo, Figura & alia satis nota sunt.

3. Temperamentum hujus in modo natis aliquo modo cali-
dum & humidum est, quia carnosa, in adultis vero secum & sub-
frigidum, quia nervosa.

C A P. VI.

De Musculis in genere.

Musculus est instrumentum motus voluntarij.

Gal. o. de us. part. c. 9. Vesal. lib. 2. cap. 2.

1. Musculus Græci Mūc dicitur: Germanis die Maus oder
Mäuselin; quod aliqui formā murem excoriatum imitantur; vel
quod aliqui, Pisci, qui musculus vocatur, similes sint. Bauhinus
lib. 1. cap. 7.

2. Musculi substantiam, quod attinet, hec ex fibris sperma-
ticis, carne, seu fibris carnosis, venis, arterijs, nervis & membranā
propriā constructa est. Columb. lib. 4. cap. 1.

3. Fibras spermaticas habet, quia haec sunt fundamenta omni-
umpartium corporis. Gal. 5. 6. de us. part. cap. 8. & 10. ejusdem
c. 9. lib. ad. anat. c. 4.

4. Habet & carnem fibrosam, quia haec non duntaxat ad musculi robur, & mollem circumfundatur; sed etiam, ut primaria. Musculi pars sit, actionis & motionis causa princeps: quia nulla pars, nisi sit fibrola, & carneal, seipsum moveat potest, ut sunt omnia viscera, que carne fibrosa destituantur.

5. Quoniam autem hanc carnem fibrosam, nutrita, vivere & sentire parerat, etiam usus communia habet. Venas ut per has nutrimentum transvehatur in musculum. 2. Arterias ut per has eabor inserviantur, & motu ventiletur, ne iruventilatus marcescat, & contabescat. 3. Nervos, ut per hos, vectore spiritu animali, motrix facultas traducatur in principalissimum suum instrumentum, carnosas scilicet musculi fibras. Vix autem sentiendi & movendi non a deo est a nervis: sed i Cerebro, quod tanquam Princeps & Dominus imperat: Nervi imperium tanquam Principis ministri deferunt; Musculus tandem obtemperat, & partem pro imperio voluntatis movet; non aliter quam quemadmodum Eques habenarum motu Equum impellit: ita quoque vis anima Cerebro insita, Nervis quasi habenis Musculum movet.

6. Hinc licet partes nonnullae (i. Ventriculus & Cor) in corpore humano riperantur, que sine musculis moventur; tamen haec non animali, sed naturali moventur motu.

7. Musculus denique quilibet membranā obvolvitur, ut secernatur, atque distinguitur a circumferentibus musculis, aliis & partibus: & ut musculi moles firmior reddatur, ne hac illac effluens, imbecillior evadat.

Musculus dividi potest in principium, medium, & finem, sive in caput, ventrem & caudam.

1. Principium seu caput Musculi est pars ligamentosa, sensitiva, que ab ossibus oritur, & in os implantatur.

2. Medium est venter, sive pars tumens, que molle & rubicunda ex sanguine medio rite resiccata genit., (Galen. 10. M. M. cap. 6.) Quam Galenus lib. Ad. Anat. sepē fibrosam carnem, & muscu-

musculi propriam substantiam vocat. *Caro propriè sic dicta dicitur*, ad differentiam reliquarum specierum; quia alia *Caro* est *viscerum*, quam Eralistratus ~~mægynuia~~, i.e. affusionem sanguinis vocat: alia cuilibet parti peculiaris; Galenus hanc 6. de ad. Anat. 1. & 1. nat. facult. 6. lib. 10. Meth. Med. *carnosam*, *substantiam* vocat, que in statu non influente facultatem habet, *viscerum vasa* firmat, spatio inania opplet, & actionem edit; Archang. partem similiarem novam facit, qualis caro est in Oesophago, ventriculo, intestinis; Alia glandularum, ut est Pancreas, Melenterij corpus glandulosum, thymus circa jugulum, & aliae glandulae circa lingua & axillas.

3. *Finis* est, *cauda Musculi*, que Galeno 1. de mot. Musc. ccap. I. ~~transversis~~, i.e. enervatio dicitur: communiter tendo & chorda nominatur, Fallop. In observ. anat. Archang. lect. 7. Parx. lib. 2. cap. 9. Bauh. d. I. Componiture ex nervorum & ligamentorum tenuissimis fibris: illorum fibrae motus & sensus; horum veroroboris gratia à Naturâ sunt factae. Galen. 1. de plac. cap. 9. lib. 6. M. M. cap. 4. 1. de usu. part. cap. 1, 17:12. ejusdem c. 3. 1. de mot. musc. cap. I.

4. Vesalius ait lib. 2. c. 2. *Musculos complures carerent nervo*, & inter reliquos *Quadratum Musculum* propè brachiale, qui radium in pronum dicit. At Columb. Vesalium refutat his verbis: lib. 5. c. 1. Ego verò huic quoque (solicet quadrato Musculo) messe nervum assevero, adeò perspicuum, ut quivis alter, neque difficilis inventu est. Idem de *Musculo* dictum puta, qui latum tendinet efficit; deq; alijs, quos Velahus excipit, quod dum efficit, Naturam irridere maluit, quam suam in hoc non obscuram negligentiam patefacere. *Hactenus ille.*

TAO

5. Verum

Ligamenta

*Cuod quid
li maſſuſ
l'cariaſ
novo.*

9. Verum cum tendo non ad motum duntaxat, ut dictum, sed etiam ad validiores motus edendos, & graviora membra moveranda, sit factus, ideoq; omnes musculi in tendonem affinunt, ut Ani, vesice, &c. sicut Columb.lib. 5. c. 2. docet: & Vesalius ait innumerous musculos tendine carere, & illos tantum tendines habere, qui longo ductu ferantur.

10. Usus Musculorum, cum ex dictis satis notus sit, tamen aperi-
tius est exponendus. Dicimus ergo musculos esse factos, ut sint
instrumenta movendi omnes corporis partes. Nullam enim alias,
quam Musculorum substantiam, Natura inventire potuit, qua fa-
cile possit contrahiri & relaxari. Vnde Musculi actio duplex, pri-
maria & secundaria. Primaria est versus suum principium con-
tractio. Gal. 10. de us. part. c. 9. & 11. de us. part. c. 4. & oppo-
siti musculi relaxatio. 1. de mot. musc. c. 5. 11. de us. part. c. 8.
Secundaria est illius relaxatio, & compositi musculi contractio.
Singuli namq; musculi singulos habent & simplices motus. 6. de
us. part. 9. & 12. ejusdem s.

Tantum de Musculis in genere.

Delineatio mulculi.



CAP.

C A P. VII. De Musculis Abdominis.

Cum jam, quid musculus sit, quas habeat partes; &c. docuerimus; nunc ad specialiorem cuiuslibet Musculi explicationem veniendum, initio ducto à *Musculis Abdominis*, tanquam qui primò occurrant dissectionem celebranti.

1. De numero autem *Musculorum horum Anatomici inter se* non convenient. Alij enim utring. 4. defendunt, ut Gal. lib. 1. Ad. Anat. cap. 6. in primis lib. 5. de us. part. c. 14. commonstrat, naturam quatuor duntaxat paria nec plura nec pauciora creasse nec creare potuisse. Vesal. Columb. lib. 5. c. 22. Ioh. Guinth. And. in inst. Vassaeus in tab. Plate in tab. Laurent. lib. 3. cap. 3. Alij utring. quinque numerant, ut Fallop. lib. 2. cap. 14. Archang. lect. 8. Bauhin. lib. 1. cap. 8. Quorum opinionem nos sequimur.

2. Primò *Obliqui* sunt, & ita dicuntur, quia obliquas fibras habent; & sunt duplices, *Ascendentes* & *descendentes*, quorum in utroq. latere duo sunt, unus descendens, & unus ascendens.

3. *Oblique descendentes* à partibus superioribus in inferas descendunt. Substantia horum partim sanguinea, partim spermatica. Nam sunt carnosí, nervosí & membranósí; portio tamen carneá in ipsis predominatur, quo respiciens Hippocrates dum carnium nomine *musculos* exprimere solet. Carnosi autem sunt circa os ilij ut volunt Vesal. Columb. Fallep. Archangelus; nervosí circa os pubis, & in hoc implantari volunt Vesal. Fallopius: membranósí & ligamentosí circa vertebrae lumborum, & circa lineam candidam. Columb. lib. 5. cap. 22. contra Vesaliū.

4. *Musculi obliquè ascenderes* sequuntur; horum eadem est substantia, quantitas, figura, compositio, numerus & temperies

cum Descendentibus; quia ab osse Ilii ad extrema notharum costarum assurgunt, & musclos obliquè descendentes in utroq; latere in speciem literæ græcæ x suis fibris secant. Gal. 5. de us. part. c. 14. Oriuntur carnosæ ex Ilii ossis spinâ, non nunquam etiam inferius à ligamento illo valido, quod ab eâdem spinâ usq; ad ossa pubis procurrit; hoc tamen à Fallopio observatum rarius accidit. Adhaerent in progressu membranæ existentes, lumborum & ossis sacri spinis, carnosæ fibris adnati quatuor inferiorum costarum cartilaginibus carnosæ vestiuntur. Gal. 5. ad. Anat. 6: & in latum membranosum tendinem deſinunt, qui rectis occurrens in duos tendines ſcinditur, quorum alter supra, alter infra rectum musculum fertur, ita tamen ut ambo ad lineam albam rursus uniantur. Col. lib. 5. cap. 22. inferioribus costis. Arch. leet. 7. duodecimæ & undecimæ costis carnosæ copulantur, & lato tendine, decimæ, nonæ, octave costis in cartilaginem necluntur.

5. Uſus deſcedentium musculorum eſt, ſuperiorem lateralem partem Abdominis comprimere, inspirationem & thoraciſ dilatationem, nec non etiam excretionem per ſuperiora adjuvare. Ascendentes contrarium habent uſum.

6. Tertiij Musculi Abdominis ſunt Recti: ſic dicti, quod ſecondum corporis rectitudinem ſtiſtūt, rectisq; fibris conſtent. Principia duo habent hi musculi; unum nervosum, alterū carnosum à ſuperiore parte ossis pubis: Gal. aliter ſentit 6. Meth. Med. 5. de uſu part. & 5. Ad. Anat. eosq; oriri voluit ab osſe pectoris, quem multi ſecuti, ut Mundinus, Curtius, VVilichius, &c. Secundum Vesaliuſ lib. 5. cap. 32. etiam duplex principium habent: unum ſuperius internum; alterum inferiorum exterum.

7. Hi musculi habent ei iam ſuas transverſas nervosas interſectiones: Columbus tres; Vesaliuſ aliquando

quando quatuor observavit; in hunc usum, ut harum beneficio hi
musculi obliquè ascendentibus & descendenteribus adhærescant.
2. Ne fibra horum musculorum carnosæ ob longitudinem periclitare
rentur, sed essent fortiiores & robustiores; non aliter, quam sicuti
filum, plura habens internodia, non facile rumpitur, ita quoque
Musculi hi ob intersectiones hasce non facile rumpuntur. In ex-
ortu proximi sunt, sed quod magis ascendunt, eò magis se jungun-
tur.

8. *Vsus* horum est anteriora Abdominis comprimere, ideo
sunt crassi, & thoracem deorsum trahere, ut supra dilatari possit.
Ultimò excrementorum expulsionem adjuvare.

9. Quarti Musculi à formâ Pyramidales dicti: Sylvius
succenturiatos vocat, sorte quod musculis & descendenteribus &
transversis auxilio sint.

10. Originem habent ab extero pubis osse & obliquo du-
ctu in lineam albam condescundunt.

11. De his varie sunt opiniones: Fallopius, Archangelus parvos musculos nominant, ut & parvi sunt & meritò mu-
sculi nominantur: alijs Fallopianos musculos appellant. Vesalius, Andernacus principium Musculorum rectorum superius fa-
ciunt. Columbus & ipsius auctore carnosum Rectorum princi-
pium vocant, & negant musculos esse obrationes sequentes. 1. Hos
definitionem Musculorum minimè habere. 2. Nonnullos his pri-
vatos esse. 3. Nullos habere usus. 4. Rectis musculis operi fer-
re non posse, cum recti satis validi sint.

Verum ad rationem 1. respondet Fallopius, & ait, definitio-
nem istos habere, esse ejus voluntarij motus vera organa; & Abdo-
minis partes voluntaria compressione deorsum trudere, &c. Ad
secundam, quod aliquando non reperiantur, respondet hoc fieri
quam rarissimè: fortasse invicem interdum ita connasci, ut
Rei Anatomicae imperitus hos ab alijs non distinguere possit:


vel demus inquit hos aliquando à Naturā pratermissos esse; nihilominus tamen si adiunt, Musculi peculiares sunt; ut in musculo latefascientis tendinis in manu, cuius aliquando natura oblitio fit, qui tamen etiam, quando adeat, pro musculo habetur, & munus suum obicit. Quare se valeres Columbi ratio, hēc certè non esset musculus, quod aliquando desit: & tamen cum adeat, pro musculo habetur. Ad tertiam, quod iussum nullum habeant, respondet, usum potissimum habere, viscera scilicet in summe contenta oblique comprimere: & concedit Columbo hos musculos Priapum sive penem non sursum trahere, neque se unquam hoc statuisse, asserit. Ad quartam quod musculis Reptilium operem ferre non possint, dicit, se etiam hoc nunquam somniaisse, sed affirmat, parvos hosce musculos partem illam oblique deorsum, in qua sunt, deprimere. Tandem rationes suas sequentes addit, quibus hoc dogma defendit. 1. Peliari membranā circumscribuntur. 2. Quia hujus fibre cum Reptilis non commiscentur. 3. Quia fibras à rectis dissimiles obtinent. 4. Quia semper in medianam albam lineam desinunt. 5. Ab effectionis sequidene vestigiam, dum leviter urina redditur, leviter obliquè ad pubem compriment, quod oblique musculi ascendentis prestatre non possunt.

12. Usus horum ex dictis patet.

13. Quinti Musculi sunt transversales: hoc nomen sortiti sunt, quoniam transversim in corpore collocantur: Columb. Archang. d. l. Gal. 5. loc. aff. 6. & de disse. Musc. cap. 26: Mundinus Latitudinalis vocat. Hi Musculi à transversis processibus vertebrarum, lumborum, nervosè procedunt; deinde carnosè, circa os Ilij & Diaphragma evadunt. Finis horum, tendo est latus, nervosus & membranosus in linea candida. Usus horum est, lateralem insimili ventris partem comprimere, & hypochondria constringere.

Figura

Figura Ventris inferioris Musculos omnes propo-
nens, à sinistris quidem obliquos; à dextris Pyrami-
dalem, Rectum & Transversum.




- A. B. Obliquè descendens.
C. C. Latus nervosg & mem-
branosus tendo.
D. Obliquè ascens. s.
E E E. Rectus musculus.
F. Pyramidalis.
G G. Transversus.
H H. Fibre muscularum
obliquè ascendentium
& descendentium.
K K. Fibre transversorum
Muscularum.

14. Praterea notandum,
tendines muscularum, non
duntaxit obliquorum, sed
& transversalium perfora-
tos esse; 1. ubi umbilicus pro-
minet: 2. Propè os pubis, per
qua foramina descendunt
vasa semini testibus prepa-
rantia, & deferentia. Vide Columb. Archang. Laurent. Bau-
hin. d. 1.

15. Vasa Muscularum Abdominis quod attinet: 1. Obliqui
venas arterias habent à venâ & arteriâ musculâ, juxta lumbos
enatâ, que per Abdomini & Peritonei Regionem disseminantur:
Nervos verò ab extremis thoracis vertebris recipiunt. Recti Mu-
sculi habent venas recurrentes; quarum aliae internæ, aliae exter-
næ: ratione harum fit consensus hypochondriorum cum naribus;

ratione illarum sit consensus uteri cum mammis: habent & nervos
nec non arterias ob communem usum.

Figura hæc Ventris inferioris Musculos rectos,
Pyramidales & transversos, solis obliquis
remotis, exhibet.



16. Usus communis omnium Musculorum Abdominis duplex est: Principalis & secundarius. Principalis est, ut constituant substantia ipsius ventris inferioris, membraque hujus defendant, & calorem innatum conservent: Secundarius, ut excrementorum alvis scilicet & vesica excretionem adjuvent.


De Accidentibus Musculorum Abdominis in specie.

1. Sunt Musculi oblique descendentes inter Panniculum carnosum & musculos oblique ascendentes.

2. Muscu-

2. Musculi obliquè ascendentēs sitū sunt inter descendētes & transversales, cum quibus connexionem habent, præsertim per vasa, quæ ex subjacentibus efferuntur partibus.
3. Musculi Recti sitū sunt in Regione ventrī eminentiore.
4. Pyramidales sitū sunt supra principium Rectōrum, unde etiam horum principium, non musculi peculiares à Vesalio & Columbo vocantur, ut supra dictum.
5. Transversales sitū sunt supra maximam Peritonaei partem, cum quo ita arcē adhærent, ut vix separari queant.

Hæc Figura Infimum ventrem cum suis vasis, remotis omnibus musculis. Peritonæo intectum ostendit.



6. Figurā obliqui triquaram; Recti oblongā; Transversales quadrangularem, habent: Pyramidalium nota.

7. Magnitudo Musculorum Abdominis inqualis, ut figure ostendunt.

8.

8. Temperamentum duplex, unum calidum & humidum ratione ventris & carnosae portionis; alterum frigidum & siccum, respectu ligamentosae & tendinosae portionis.

C A P . V I I I .

De Peritonæo.

Ablatis Musculis, eorumq; tendinibus, Membrana, totam infimi Ventris cavitatem succingens, occurrit, quæ Peritonæum dicitur, cuius definitio talis: Peritonæum est membrana tenuissima & dura, latis aranearum telis similiama, involvens membra tertiarum cavitatis.

1. Peritonæum est vocabulum Grecum, & derivatur à ὁρμή, id est, circum, & nōn firmo sive roboro. Hipp. 7. Epid. ut & Galeno 6. Ad. Anat. 4. Περιτοναῖον δὲ τὸ τελέσθεντό dicitur, eo, quod omnibus partibus, que inter Diaphragma & crura habentur, circumtendatur. Gal. 4. de us. part. cap. 9. 6. Ad. Anat. c. 4. & 5. Arabibus Ziphac Zimphac & chamel dicitur, Vesal. lib. 5. cap. 2.

2. Substantia hujus membranosa & dura est; membranosa, ut possit dilatari, & constringi; dura, ne facile rumpatur.

3. De Origine hujus varia sunt opiniones. Vesal. d. 1. ait, ex ligamentis, que lumborum vertebras connectunt, & que os sacrum ilium ossibus committunt, Peritonæum utring principium ducere, & membrane late modo ab illis enasci. 2. Fallopius lib. 4. cap. 1. Laurent. lib. 6. c. 8. Paræus lib. 2. c. 12; à plexu nervorum validissimo, quid mesenterio ortum habere affirmant: Archangelus lect. 9, à meningibus Cerebri originem trahere statuit, sc. circa primam & secundam lumborum vertebram emergere, ex medullâ spina nervos, illucq; aliunde confluere alios nervos, &

cum

cum arterijs quibusdam, quandam veluti fasciculum constitue-
re; ex quo demum (dum latius se explicat) nasci Peritoneum;
Et ob hanc causam, etiam ibi longè cressius esse, sicuti & verum
est; quia, ut experientia & omnes Anatomici testantur secundum omni-
bus infimi ventris partibus, ut Epati, Renibus, Vesicæ, Mesenterio,
Omento, & alijs, membranas communicat. Hinc laborante
Peritoneo, omnes enumeratae partes laborare solent, uti vide-
mus in Hernia.


4. Foramina etiam Peritoneum varia habet, scilicet in
anteriori superiori & posteriore parte: In posteriore manifesta,
nulla: in anteriori parte in foetu perforatur, ubi umbilicus est, per
quem in utero alimentum capit: hoc foramen in adultis oclusum,
si patefiat, οὐ φαλοκήλης Hernia speciem facit. In Superiori
parte tria habet foramina, ut arteria descendens, & vena Cava
ascendens, & Oesophago pateat via. Harent autem Diaphra-
gmati tenaciter, ut eo inflammatione obpresso hypochondria intror-
sum convallantur, ut Hippoc. in Coacis prænotionibus docet.
Inferior pars perforata est circa annum; cervicem uteri, venas, ar-
teriasq; descendentes crurales dictas; nec non qua parte sperma-
tica vas a preparantia ad testes feruntur, & ejaculatoria ascen-
dunt, sed haec foramina, verius productiones dixeris, quia forami-
na, ut habet Galenus 14. de usu part. cap. 13. & ad. anat. cap.
13. l. de sem. cap. 15. Laurent. Paræus d. l. In inferiore parte
in viris reperiuntur sex, in mulieribus septem. Fernelius do-
ctissimus scribit, Peritoneum nusquam perforari: verum fortasse
adultorum anteriorem Peritonai partem intelligit.

5. Vasa Peritonei quod attinet, venas & arterias pro nu-
tritione, & caloris innati custodiâ habet: nec non nervos, quorum
operentur. Gal. de dissec. & ven. cap. 8.

D

Hæc

Hæc figura Peritonæum divisum, in quatuor partes, omentum & vasa umbilicalia ostendit.



A B C D. Peritonæum in quatuor partes sectum.
E. Umbilicus à Peritonæo separatus.

F G. Vena umbilicalis.
H H. Pars gibba hepatis.
I. Ligamentū hepatis precipuum.

K. Dextra arteria ab umbilico secundū dextrū vesicæ fundi latus ad magnā prorepens arteriam.
L. Sinistri lateris arteria ab umbilico secundum vesicæ sinistram sedē ad magnam exorrectā arteriā.

M. Vrachos.
N. Vesicæ fundus.
O. Peritonai ad vesicæ fundum nexus.

P. Anterior ventriculi pars denudata.
Q Q Q O. Omentum.
R. Vena & arteria simul cum nervo dextro sedi inferioris partis ventriculi exorrectæ.

S. Sinistri lateris vasa, quo sinistram fundi ventriculi sedem amplexantur.

T. Hac sede dextri lateris vasa sinistris committuntur ac prōinde etiam R. T. & S. suturam indicant, cuius Aristoteles 3. hist. animal. & 4. de part. anim. meminit, cum à medio ventre omentum oriri & dependere afferit.

XX. Venarum arteriarumq; propagines superiori omenti membrana exorrectæ, adipeg. cinctæ.

6. Uſus huius partis varius eſt. 1. ut omnia inferioris ventris membra, tanquam involucrum amplum contineat, ideoque membraneū factum eſt, ut turgente ventriculo & intestinis prompte extendi, ijsque cedere poſſit. 2. ut veluti ſeptum quoddam intestina à Muculis Abdominis diſtinguat. Gal. 4. uſ. part. c. 9. 3. ut comprimendo Intestina unā cum diaphragmate, adjuvet alvi dejectiones. 4. ut conſtricto eo intestina & ventriculus citius cibum amplectantur & concoquunt, ne flatibus ex cruditate aut aliā levi occaſione diſtantur. 5. ut omnibus partibus ventris inferioris peculiarem de ſe tunicam largiatur, & partes inter ſe connexas ſedibus ſuis fixas teneat. ut ſupra dictum. Arch. Bauh. d. l.

DE ACCIDENTIBVS PERITONÆ I.

1. Situs notus eſt. 2. Figura ejus globosa, rotunda & oblonga eſt. Vesal. Arch. Laurent. Bauh. Paræus d. l.

3. Temperamentum hujus frigidum & ſiccum, uel, ut alijs placet, calidum.

QVESTIONES.

1. An Cutis sit temperata? Nunc illud quod in theſibus fuit affirmatum, authoritate Galeni corroboratur, qui lib. 2. de temp. c. 1. & 5. de ſimpl. Med. c. 4. in primis lib. 1. de temp. c. ult. ſic ait. Ceterum nervus & exanguis & frigidus; caro multi ſanguinis, & calida; media inter utrumq. eſt cutis. Et licet alij rurſus ex Gale- no afferant, ut comm. 2. prognos. aph. 6. Cutem ſanguine pi- turoſo nutrivi; eamen in illo loco Galenus non agit de nutritione, que fit uarii Quorū, ſed de ea, que fit in hydropiſi, ubi propter illam materiam nutritionis inconvenientem, totam Cutem intumescere dicit, &c.

2. An Musculi pars princeps, qua caro statuitur, ſit cauſa motus? Vesal. lib. 2. c. 2. carnem musculi, motus eſſe cauſam dicit: Fallopius ipſas musculi fibras carnosas defendit. Verum nos putamus nego, Vesaliū, nego, Fallopiū peccare; quia ambo tamē partem afferunt, qua motricem facultatem recipere poſteſt. Ergo, ſive ille carnem, ſive hic fibras carnosas defendat contra nos non eſt.

3. An

3. An aliquis à pinguedine suffocari possit?

Resp. Maximè; Quia ubi multa Pinguedo, ibi constrictio vasorum fit, & per consequens suffocatio: & hoc plerumq; steri tum demum solet, quando tales homines crassi morbis calidis acutis laborant, ut Hippoc. ait lib. 2. aph. 44. qui naturâ sunt admodum crassi, cito intereunt, quam qui graciles. Vide Holler. Faventium & alios in aph. com.

4. An Pili sint partes corporis?

Negamus. 1. Non enim communi vitâ fruuntur, quippe sanguinem alimentarium in se non attrahunt & concoquunt, ideoq; non verè nutriuntur. 2. Quia partes precise semel non recrescunt. Sed Pili recrescunt. Ergo. 3. In hecticis & tabidis omnes partes absuntur, Pili non absuntur, sed ut excrementa augentur. 4. His, qui vitâ desitū: i sunt, partes non crescunt; ast Pili crescunt. Ergo non sunt partes.

Contra. Aestate procedente puerorum crescunt Pili in longum, latum & profundum, ceterarum partium more. Ergo sunt partes. Respondeo, pilos longitudinem, latitudinem & profunditatem habere non ab alimento in se attracto, sed ab amplitudine partium & spiraculorum. Nam quo majores sunt pori, eò etiam majores Pili. 2. Pili aestate progrediente sunt crassiores & rigidiiores. Ergo, &c. Respondeo, crassiores & rigidiores sunt ratione excrementi siccioris & adustioris, quod eos generat. Plura vide apud Fernel. lib. 2. cap. 2. Rode. à Veiga lib. de arte Med. cap. 13. & 7. Vallesium lib. 2. cap. 5.



Uk 662

ab prudens et multa invenit



1017

h

de et alia iudiciorum omni regis de sancte
One versione sicut iudicis et gentibus repre-
sente sicut et ego per omnem omnibus placet
hunc quod in uile est si quod multis aut soli
sunt **Cypri** undetinum
¶ istud me oportet sicut et ego ipse dico
autem res fratres quod per omnia membra vestra
et sicut tunc uite precorum mei tenet
¶ solo aut res fratre quod omnis omni caput ipsi
est caput ut mulierem ter caput vero ipsi omni
Omnes omnes autem ipsi domini velato caput
autem per seipsum sunt omnes ut mulier omnis a
lymnes non videtur caput. Autem caput suum
omnium est enim auctoritatem suam habet
velut mulier. ¶ sicut et iuxta tempore
misi. ¶ condit a lignari velut caput suum
¶ ut uide non sicut velut caput suum sed
propositum est ergo sicut et mulier est gloriosa
¶ et non enim ut mulier sicut mulier ex
dico. ¶ Item non est auctoritas nisi super misericordiam
¶ sed in eo quae virtus sicut et mulier est
lumen huius et sicut et mulier est regula
¶ ut uide in libro primo de regula
¶ ut uide in libro primo de regula

B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches																		
Centimetres	25	50	75	100	125	150	175	200	225	250	275	300	325	350	375	400	425	450

Farbkarte #13

UTATIO

Anatomicarum III.

LIBUS INF.

S CONTINENTI-
nibus & proprijs,

nam

O. M. A.

PRÆSIDIO

KNOBLOCHII,

i Fr.; Med. & Phil.D.

tebergensium Academias
endam suscipiet

Hezmanfeder

sbonensis.

ay, horis & loconotis.

(S): (S)

EBERG AE,

nis per Iohan. Gorman.

I. I. C VII.